



UNIVERSITÄTS-  
BIBLIOTHEK  
PADERBORN

## Universitätsbibliothek Paderborn

### **Vita Beati P. Philippi Nerii Florentini. Congregationis Oratorii Fvndatoris**

**Gallonio, Antonio**

**Mogvntiæ, 1602**

Prophetiæ spiritu claret.

**urn:nbn:de:hbz:466:1-43172**

etenim non hic ad mortem te morbus dabit, sed breui conualesces. quæ dum diceret, æger confestim habere melius cœpit, dolore capitis ex toto eximitur, quietem capit, breuique post è lectulo incolumis exilit.

*Prophetia spiritu claret.*

*Eam rem  
idem fra-  
ter Hiero-  
nymus in-  
terruendo  
testatus  
est.*

**E**odem anno Hieronymo Beier cognomento è Prædicatorum familia tum adolescentulo, eam improviso mentem Deus submiserat, vt de sancti Dominici amplectendo instituto auidissimè cogitare cœperit: id porrò desiderium eo hominè breui adduxit, vt illa ipsa die ad Ecclesiam S. Marię supra Mineruam se contulerit, ea mente, vt quod secū ipse agitarat, Nouitiorum Præfecto (is erat fr. Petrus martyr) aperiret. Hic ille quandudum ex eo quærirè isthuc aggredi in animo habuerit: hac ipsa die inquit Hieronymus occulto quodam instinctu ad id acri-

ter



ter impelli me lenfi: Tum fr. Petrus,  
qui edito iam signo paratus erat,  
nouitijs eum sequentibus, ad funus;  
Philippum ne cognoscat, rogat, ex  
eo enim quid sibi hac in re facien-  
dum facili prorsus negotio discere  
posse, affirmat: eum itaque ad illum  
nomine suo mittit, quem vt Philip-  
pus vidit, parum vt maneat, quòd  
paucis eum vellet, rogat: nec mul-  
tò deinde post priusquam Adole-  
scens verbum vllum faceret, noui e-  
go, dicere ille cœpit, quid velis: mis-  
sus es à fr. Petro, vt mihi primùm a-  
perias, hac ipsa die venisse tibi in  
mentem, vt relicto mox sæculo in-  
stitutum S. Dominici amplectaris,  
& ego deinde tibi, si id ex Deo cogi-  
tatum sit, an non, indicem: fac quod  
in animo habes, Deoque gratias  
age, qui ad se hac te euocat via. Hæc  
vbi ille audit, ingenti stupore per-  
cussus, attonitoq; similis vera enun-  
cias Pater, dicebat: nec aliud vnquã  
verbum proferre potuit, Reuertus.



que deinde ad fr. Petrum, qui tum à funere domum redierat, ei quid sibi Philippus enunciauerat, indicat, contigisseque sibi vt olim Samaritanæ, quippe qui hominem, qui cordis sui secreta consilia nosset, repererat: amplectitur illico iuuenem hisce auditis nouitiorum præfectus: eumque sacro Religionis habitu breui donandum fore pollicetur, & simul adiungit, ideo illum ad Philippum misisse, quòd nouerat quæ esset eius vitæ sanctitas, quæue spiritualium rerum notitia. Incidit eares in xv. kal. Nouembr. induit frater Hieronymus vestem Religiosorum die S. Martino Episcopo sacro, anno eodem: viuit adhuc, concionatorisque officio fungitur.

*Predictio.*

**E**O ipso anno erant Mediolani ex Philippi alumnis sacerdotes quatuor, nempe Alexander Fidelis,

Ni-